

Sciētiae a- scholæ Peripateticæ in hoc genere ueritas. Non enim
mor uerus piaculum est inter literarum amantes, opinionī hominū
 fidem non habere: cum animi nostri ratio propria sit, nō
 incerta opinio. Neque sit ullus mortalium, qui aliquādo,
 imō sæpè non erret. Magnum ego sapientem & Philoso-
Aristotelis phorum omnium ducem Aristotelem uoco, neq; Plato-
laudes nem illi tibi assentiens antepono. Tamen hunc ipsum ni-
Arist. non hil ignorasse, omnia nouisse, nihil contra eum afferri pos-
Deus. se, id uerò nunquam censuerim. Quare audi, quæ in tan-
 ta quæstione dicenda uidentur. Nam si hoc unum tibi ac-
 tui similibus probem (obstinatos & antiquitatī deuotos
 omittam) non esse Cometam elementarem: hoc est, non
 ex fumis, ut aiunt, cogi, perit omnis Astrologorū doctri-
 na & gloria.

Arist. defi- Calidam siccamq; exhalationem, hoc est, fumum à so-
nitio Co- le maximè in sublimè raptum, & in igneo elemento à cœ-
metæ. lo raptatum, densatum accensumq; dicit esse Cometam

Astrologo- Aristoteles. Ad quæ posteriores Astrologi atq; Physici
rum Co- multa adiungunt, esse hunc fumum, instar montis molem
metæ. immanem, crassam, pinguem, tenacem: nonnulli adijciūt

Dasypodij piceā quandam uim, & Dasypodius in suo scripto de ul-
Cometa timo Cometa mirificam habet opinionem. Scribit concipi
Saturni uis pi à terra fumū, Saturno meatus terræ adstringente. Sub-
ad Cometā inde uerò Marte hos meatus aperiēte parere terram hos
Martis uis fumos, qui in sublimè ascendunt, qui rursus à Saturno dē-
in Cometa fantur sub æthere, & ab ignea Martis uī accenduntur.

Astrologi Magna fuit huius uiri cogitatio & egregium sanè inuē-
& Theo- tum. Nos tamen ad Aristotelem, cuius opinionem ferè
logi discrimen omnes cum Astrologi tum Physici, tum Theologi am-
 plexi sunt. In hoc tamē Astrologi à Physicis distant, quod

Effectus putant cum Aristotele, post Cometam (presertim si plu-
Cometæ res fiant) siccitates ac uentos uigere: Astrologi uerò cum

ex Arist. Ptolemæo, Algazel, Halī, Albumazar non tantum aridi-
 tatem ac uentos, sed famem, pestem, bella, hæreses, prin-
Malorum cipum interitus fieri à Cometa docēt. Atq; tantorum ma-
causæ ex lorum causas dicunt Astrologi esse duas, propriam stella-
Aristotele rum.

rum.